

sui Ottonis adeptus et ducatum Saxonie
 primitus cum potestate, qui postmodum
 electus est in regem Romanorum et hic
 primus accepit imperium ex Saxonibus.
 Hic genuit cum coniuge sua Ottonem
 Magnum, fundatorem archiepiscopatus
 Magdeburgensis. Hic genuit Ottonem secun-
 dum, Otto secundus tertium etc.

Incipit Catalogus brevis
Landgravi Thuringie et archiepiscoporum
Misnensium.

Temporibus Karoli Magni imperatoris
 qui xxxth annis pugnavit contra Saxones
 magnus dux Witkindus, qui pre ceteris
 principibus Saxonie et Alamannie ac
 Westphalie durius Karolo resistebat. Tandem
 divina inspirata gratia sponte fidei christia-
 nam suscepit et a sancto Bonifacio archi-
 episcopo Moguntino, fundatore Ful-
 densis ecclesie fuit apud Altiniacum
 baptizatus, quem Karolus Magnus de
 sponte suscepit anno post incarnationem
 Christi dccLxxxv. Hic Witkindus postea
 in ecclesia Paderbornensi sepultus, Hic
 Witkindus dux fundavit primo castrum
 prope Salam nomine Witten^a. Similiter
 civitatem et castrum super Albem
 Wittenberg, ubi^{patet} in censis. Witkindus
 quoque, qui inter eos, scilicet Saxones, et
 claritate et generis et opum amplitudine
 eminebat, et qui perspicue auctor et incen-
 sor indefessus erat ad fidem⁺ Karoli
 sponte veniens apud Altiniacum, prope
 Almbach, baptizatus est. Habuitque filium
 nomine Wicbertum² christiane religionis

rot.

*Witkindus und sein
 Ann. Vetterellenses.*

attimatu

*eadem manu in marg. suppl.
 a) deest c.; add. ita, ut indeque, man-
 uis.*

p3

Wittenberg fundatur

+ f. CCXLVI^a.

Attimatum.